Pius <Papa, II.> : Aeneas Silvius in Europam [de his quae sub caesare Friderico III per Germaniam gesta sunt]

1485 Seite 5



riū subierunt. ⁊ si nonnulli euo nostro thurcoꝝ armis e vi/
cti defecerunt. hanc prouinciam quatenus citra istrum ex
tenditur sub Octauiano cesare Romani primū obtinuere
Bachone pannonioꝝ rege subacto ⁊ amantinis inter sa/
uū ⁊ drauū prostratis. Daciam vero transdanubium que
nunc hungarie portio est. Traianus imꝑator edomuit/ et
in solo Barbarico prouinciam fecit. sꝫ amissa sub Galieno
ꝑ Aurelianū recuperata est. Post romanos aliqn̄do huni
Scythica gens. aliquando Gothi ex insulis balthei maris
populi. deinde longobardi ex germania profecti pānoniā
occupauere. Postremo hungaroꝝ natio ex vltimis Scy/
tharum finibus invndauit. que vsqꝫ in hanc diem regno
potitur. ⁊ vltra citraqꝫ istrum late dominat̄. Extat adhuc
non longe ab ortu Thanays altera hūgaria nostre huius — Thanays
de qua sermo est mater. lingua. ⁊ moribꝰ pene similis. q̄ꝫ/
uis nostra ciuilior est cristi cultrix. Illa ritu barbarico vi/
uens seruit ydolis. In hungaria quam danubiꝰ inter la/
bitur tempestate nostra Sigismūdus Karoli quarti Ro/ — De Sygysmud
manoꝝ imꝑatoris filius. natione Bohemus. origine theu
tonicus. varia fortuna. annos supra q̄nquaginta regna/
uit. princeps singulari prudētia. magnitudine animi. be/
nificētia. ⁊ liberalitate insignis. corporis quoqꝫ maiestate
ac decore illustris. ceterum bello prorsus infelix Quez nō
turchi dūtaxat. sꝫ Bohemi quoqꝫ sepe acie fuderūt. Uxor
ei prima fuit Maria Ludowici regis filia cum qua regnuꝫ
accepit. Illius causa duos et. xxxta regulos in hungaria
ꝑmarios. qui aliqn̄ rebellassent gladio percussit. ob quam
rem ⁊ ipse paulo post regina fatis functa in vincula cōiectꝰ
ē. mulieriqꝫ vidue. cuiꝰ viꝝ interfecerat. in custodiā traditꝰ
donec regni ꝓceres suppliciū d̄cernerēt. sꝫ nō defuit capto
in extremis rebus ꝓuidentia. q̄ vt erat facūdia potēs. mu/
lieri lōge melius esse ostēdit Regiū sanguinē cōseruare quā
fundere. Dimissus ab ea Barbarā Hermāni comitis Cilie



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-307/0005
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG